

Regum. III.

153.

a me et a domo patris mei. et reddet do-
minus sanguine eius super caput eius: quia
interfecit duos viros iustos melioresque
se. et occidit eos gladio patris mei dauid
ignorante. abner filium ner principem mili-
tie israel. et amasam filium iether principem
exercitus iuda. Et reuertetur sanguis illo-
rum in caput ioab et in caput seminis eius in
sempiternum. dauid autem et semini eius et
domui et throno illi sit pax usque in eter-
num a domino. Ascendit itaque banaias filius
ioiade. et aggressus est interfecit. sepul-
tus est in domo sua in deserto. Et consti-
tuit rex banaias filium ioiade pro eo super
exercitum et sadoch sacerdotem posuit pro abi-
athar. Misit quoque rex et vocauit semei
dixitque ei: Edifica tibi domum in hierusa-
lem. et habita ibi. Et non egredieris inde
huc atque illuc. Quacumque autem die egres-
sus fueris et transieris torrentem cedron. sci-
to te interficiendum. Sanguis tuus erit
super caput tuum. Dixitque semei regi: Bo-
nus sermo: Sicut locutus est dominus meus
rex. sic faciet seruus tuus. Habituauit itaque
semei in hierusalem diebus multis. Fa-
ctus est autem post annos tres ut fugerent
semei ad achis filium maacha regem
geth. Nunciatusque est semei quod serui eius
issent in geth. Et surrexit semei et stravit
asinum suum. iuitque ad achis in geth ad re-
quirendum seruos suos. et adduxit eos de
geth. Nunciatus est autem regi salomoni quod
isset semei in geth de hierusalem. et redisset.
Et mittens vocauit eum. dixitque illi: Non
ne testificatus sum tibi per dominum. et dixi
tibi. quacumque die egressus fueris huc et
illuc. scito te esse moriturum. Et respondisti
mihi. Bonus sermo quem audiui. Quare
ergo non custodisti iusiurandum domini
et preceptum quod preceperam tibi? Di-
xitque rex ad semei. Tu nosti omnem alium
cuius tibi conscius est cor tuum quod feci
dauid patri meo. Reddidit domi-
nus malitiam tuam in caput tuum. et rex salo-
mon benedictus. et thronus dauid erit

stabilis coram domino usque in sempiternum.
Iussit itaque rex banaie filio ioiade qui
aggressus percussit eum et mortuus est.

C. III.

Quoniam confirmatum est igitur regnum in
manu salomonis. et affinitate
coniunctus est pharaoni regi egypti.
Accipit namque filiam eius. et adduxit in
civitatem dauid donec compleret edificans
domum suam et domum domini et murum hierusa-
lem per circumiectum. Altare autem populi imola-
bat in excelis. Non enim edificatum erat tem-
plum nomini usque in diem illum. Dilexit autem
salomon dominum ambulans in preceptis dauid
patris sui. excepto quod in excelis imola-
bat. et accedebat thymiam. Abijt itaque
salomon in gabaon ut imolaret ibi. Illud
quippe erat excelsum maximum. Ille ho-
stias in holocaustum obrulit salomon super
altare illud in gabaon. Apparuit autem
dominus salomoni per somnium nocte dicens.
Postula quod vis ut deus tibi. Et ait sa-
lomon. Tu fecisti cum seruo tuo dauid pa-
tris mei misericordiam magnam. sicut am-
bulauit in conspectu tuo in veritate et ius-
ticia et recto corde tecum. Custodisti ei
misericordiam tuam grandem. et dedisti ei fili-
um sedentem super thronum sicut est hodie. Et
nunc domine deus tu regnare fecisti seruum
tuum per dauid patrem meum. Ego autem sum
puer puulus et ignorans egressum et introi-
tum meum. et seruus tuus in medio est populi
quem elegisti: populi infiniti qui enu-
rari et supportari non poterunt propter multitudinem.
Dabis ergo seruo tuo cor docile ut po-
pulum tuum iudicare possit et discernere in-
ter bonum et malum. Quis enim poterit iudica-
re populum istum. populum tuum hunc multum?
Placuit ergo sermo coram domino quod salo-
mon postulasset huiusmodi rem. Et di-
xit dominus salomoni. Quia postulasti ver-
bum hoc. et non petisti tibi dies multos.
nec diuitias aut auias inimicorum tuorum
sed postulasti tibi sapientiam ad discernen-
dum iudicium: ecce feci tibi secundum sermones tuos.